



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

III. Miseriæ œconomicæ sunt exercitia patientiæ, fidei, inuocationis, & aliarum virtutum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

omnes homines natura superbi sumus, & pro
 quacumque dona Dei beneficio nobiscum com
 nicata efferimus nos supra alios, & præcipue in
 bus secundis excusso timore Dei mirificè insolent
 mus, ut grauiſimè inquit Xenophon πρὸς ἑσθ. Di
 ficilius est inuenire hominem, qui res secundas
 ferat, quàm qui aduersas. Ille enim insolentiam
 omnibus, Haec uerò modestiam in plurimis effici
 Muniamus autem nos contra hanc insolentiam
 re & exercitio modestiæ seu ταπεινοφροσύνης
 quæ frenat nos, ne in opinione de nobis, & sermo
 & in actionibus supra nostras uires nos efferamus
 nec despiciamus alios, sed in timore Dei & fide
 ligenter nostræ uocationis officia faciamus.

III.

MISERIE OECONOMI
 cae sunt exercitia patientiæ, fidei, &
 uocationis, & aliarum uirtu
 tutum.

Tres sunt cause propter quas uult Deus
 nes in œconomica & politica societate uiuere.

1. Vt ipsi obediant.
2. Vt ipse in cœtu innotescat, & inuocatio
 confessio in hac societate luceat.
3. Vt exercent fidem, dilectionem, misericordiam, &
 patientiam.

tientiam, & alias uirtutes. Huius tertiæ causæ exemplum illustre sunt in hoc Capite multiplices miseriae in Oeconomiae Abrahamæ, uxoris sterilitas, æmulatione & odium erga concubinam ancillam, quod committantur assidue lites & rixæ domesticae, concubinae fuga cum herede &c. Quas miseras omnes uir Heroicus singulari patientia perfert, ut concordiam cum sua coniuge tueatur & conseruet.

IIII.

DE VSV AD FLI
ctionum.

Vniuersaliter pijs in adflictionibus hæc regula tenenda est, Deum punire aut exercere non ut perdat, sed ut retrahat ad pœnitentiam, & exuscitet, ut crescant in nobis timor Dei, inuocatio, & ceteræ uirtutes, ut dicitur, Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Item Corinth. 1. 1. Cum punimur, à Domino corripimur. Esai. 28. Veraxio dat intellectum, παθήματα, μαθήματα. Sic Agar impatiens morositatis, odij & iniuriarum Saræ fugit, ac uersans in ærumnis exuscitatur ad pœnitentiam, inuocationem, & gratiarum actionem, & confirmata uoce Angeli agnoscit se, à Deo uideri, hoc est, curari, & rediens ad Abraham obtemperat Saræ etiam duriori, et se ei propter Deum subiicit

Y § Agar)